

& verificatę, & interesse forsan habentes, seu habere pretendentes, vocati non fuerint, seu quibusvis aliis ex causis de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis nostrę, aut quopiam alio defectu notari, aut impugnari, seu ad viam, & terminos juris reduci non posse, sed semper validas, & efficaces esse, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere.

§.17. Sicque per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apost. Auditores, ac Sanctę Romanę Ecclesię Card. etiam de latere Legatos, & Vicelegatos, necnon d. Sedis Apost. Nuntios, in quacumque instantia, ubicumque, & quomodocumque iudicari, decidi, desiniri, ac etiam terminari posse, atque debere, auctoritate apostolica, & eorundem tenore presentium decernimus.

Indulgentia Militibus concessa.

§.18. Postremo eidem Magistro, Militibus, & aliis d. Militię personis pro tempore existentibus vere poenitentibus, & confessis, ac sacra Communione (si id commode fieri poterit) resectis, tam die illorum professionis, si vere poenitentes, & confessi, ac sacra Communione pręfata resecti, quam quocumque die, quo alicui expeditioni, vel functioni, aut pręlio contra fidei catholice hostes interfuerint, si saltem contriti fuerint, plenariam omnium peccatorum suorum Indulgentiam, & remissionem elargimur.

Derogatio contrariarum

§.19. Non obstantibus nostrę de gratis ad instar non concedendis, & aliis quibusvis Apost. necnon in Provincialibus, & synodalibus, universalibusque Conciliis editis, & edendis, specialibus, vel generalibus constitutionibus, & ordinationibus, etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apost. sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis clausulis, etiam derogatoriarum derogatoriis, irritantibusque, & aliis etiam vim contrarius inducentibus Decretis in contrarium forsan quomodolibet concessis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus latissime, hac vice dumtaxat, specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Exemptio optulatur ad formam Concilii Tridentini.

§.20. Volumus autem, quod exemptio pręfata non comprehendat Ecclesias, neque personas in eis, quę ad animarum curam pertinent, in quibus Decreta Concilii Tridentini omnino servari debeant.

§.21. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostrę absolutionis, erectionis, institutionis, applicationis, appropriationis, subjectionis, susceptionis, concessionis, impartitionis, decreti, elargitionis, derogationis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare presumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius, se noverit incursum.

Datum Romę apud S. Petrum, anno

Incarnationis Dominicę millesimo sexcentesimo vigesimo quarto, pridie Idus Febr. Pontificatus nostri Anno I.

XXXVII.

Indultum Militibus militię Christianę Nationum Gallicę, & Belgicę obtinendi Pensiones usque ad Summam 500. Ducatorum auri de Camera.

Ex Regest. in Secret. Brev.

URBANUS PAPA VIII.

Ad futuram rei memoriam.

Nuper supplicationibus dilectorum filiorum nobilium virorum Ferdinandi Mantuę, ac Caroli Nivernen. Ducum, necnon Adolphi Comitis de Althan Nobis humiliter porrectis inclinati, unam Militiam christianam nuncupatam sub certis modo, & forma tunc expressis apostolica auctoritate ereximus, & institimus, illique sic erectę, & institutę, diversę privilegia, gratias, & indulta concessimus, aliaque in Militię favorem ejusdem fecimus, statuimus, & ordinavimus, prout in nostris desuper sub plumbo expeditis literis, quarum tenores presentibus pro expressis haberi volumus, plenius continetur.

Militibus Militię Christianę nuper a se erectę

Et Privilegiis auctę.

§.2. Quare Nos Militum Gallicę, & Belgicę nationis, ejusdem militię commodis, & congruę sustentationi, quantū cum Domino possumus, prospicere volentes, supplicationibus Ferdinandi, ac Caroli Ducum, & Adolphi Comitis prædictorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati; Omnibus, & singulis nationum prædictarum Militibus conjugatis, ac etiam bigamis, aliisque Presbyteris, ut singulas pensiones annuas usque ad summam quingentorum ducatorum auri de Camera super quarumvis Cathedralium, & Metropolitanarum, ac aliarum Ecclesiarum, Monasteriorum, Prioratuum, Canonicatum, & Prębendarum, Dignitatum, Personatum, administrationum, & Officiorum, aliorumque beneficiorum Ecclesiasticorum cum cura, & sine cura secularium, & quorumvis Ordinum regularium fructibus, redditibus, proventibus, juribus, obventionibus, & emolumentis, aliis sibi canonicę reservandas cumulative cum quibusvis pensionibus annuis, quas illos ex quovis alio privilegio apostolico pro tempore percipere contigerit, & continget, ad eorum vitam percipere, exigere, & levare, ac in suos usus, & utilitatem convertere libere, & licite valeant, dicta auctoritate, tenore presentium concedimus, & indulgemus.

Indultum concedit obtinendi pensiones usque ad summam 500. ducatorum.

Clausulas pro ejusdem indulti firmitate apponit.

§.3. Decernentes presentes literas validas, firmas, & efficaces existere, & fore suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac eisdem Militibus in omnibus, & per omnia plenissime suffragari; Sicque per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores iudicari, & desiniri debe-

Derogat obstantibus.

debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.4. Non obstantibus quibusvis Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac aliis omnibus, & singulis, quę in prædictis literis volumus non obstare, ceterisque contrariis quibuscumque.

Dat. die 23. Februar. 1624 An.I.

Datum Romę apud Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris die 23. Februarii 1624. Pontificatus nostri Anno I.

XXXVIII.

Ex Regest. in Secret. Brev.

Prohibitio, nequis Habitum, & Crucem asseratę cujusdam Militię Christianę ab Apostolica Sede non approbatę deferat.

URBANUS PAPA VIII.

Ad futuram rei memoriam.

Urbanus Militiam Christianam nuncupatam ere-xerat.

§.1. Nuper supplicationibus dilecti filiorum nobilium virorum Ferdinandi Mantuę, ac Caroli Nivernen. Ducum, necnon Adolphi Comitis de Althan nobis humiliter porrectis inclinati, unam Militiam christianam nuncupatam sub certis modo, & forma tunc expressis, apostolica auctoritate ereximus, & institimus, illique sic erectę, & institutę diversę privilegia, gratias, & indulta concessimus, aliaque fecimus, statuimus, & ordinavimus, prout in nostris desuper sub plumbo expeditis literis, quarum tenores presentibus pro expressis haberi volumus, plenius continetur.

Nonnullis vero asseratę cujusdam Militię Christianę habitum, & insignia summentibus.

§.2. Cum autem, sicut accepimus, licet asseratę quadam Militia de factis christiana forsan erectę, licet a Sede Apostolica minime approbatę fuerit, nonnulli nihilominus habitum asseratę ejusdem militię, auctoritate propria, susceperint, & illius Crucem collo appensam, ac pannis affixam gestaverint de facto, & forsan etiam gestent.

Id expresse vetat.

§.3. Nos præmissis, quantum cum domino possumus, obviare volentes, de consilio nonnullorum Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium, quibus negocium hujusmodi examinandum commisimus, omnibus, & singulis, qui asseratę hujusmodi Militię non approbatę habitum, & Crucem susceperunt, illumque, & illam ad præfens deserunt, sub excommunicationis late sententię, & indignationis nostrę, & aliis arbitrii nostri poenis per presentes præcipimus, & mandamus, ut habita eorundem præfentium notitia, illico habitum, & Crucem asseratę militię non approbatę hujusmodi deponant, nec amplius assumere, sive gestare audeant, seu præsumant.

Et permittit, ut erectę a se Militię inscribi quis possit.

§.4. Eisdem tamen permittimus, atque indulgemus, ut habitum per fratres milites militię christianę a nobis, ut præfertur, erectę gestari solitum, servatis aliis ipsius militię Constitutionibus a Nobis etiam approbatis, suscipere, & professionem per eosdem emitti consuetam suo tempore expresse emittere libere, & licite valeant.

Bull. Rom. Tom.V. Par.V.

§.5. Quocirca Venerabilibus Fratribus Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, ceterisque locorum Ordinariis ubilibet existentibus, ac dilecto filio Caesarum Curia Camera Apostolicę generali Auditori per eandem presentes committimus, & mandamus, quatenus ipsi per se, vel alium, seu alios presentes literas, & in eis contentas hujusmodi, ubi, & quoties opus fuerit, solemniter publicantes, faciant illa auctoritate nostrę ab omnibus, ad quos spectat, inviolabiliter observari. Contradictores quoslibet, & rebelles per sententias, censuras, & poenas Ecclesiasticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia, appellatione postposita compescendo, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis.

1624. Exequutores designat.

§.6. In contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque.

Derogatio contrariarum

§.7. Volumus autem, quod presentium transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personę in dignitate Ecclesiastica constitutę munitis, eadem prorsus fides in iudicio, & extra ubique locorum habeatur, quę eisdem presentibus haberetur, si forent exhibitę, vel ostensa.

Transumptis danda fides.

Datum Romę apud Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris die 23. Februarii 1624. Pontificatus nostri Anno I.

Dat. die 23. Februar. 1624. An.I.

XXXIX.

Confirmatio Literarum Pauli Quinti pro Universitate, & Homnibus Comitatus Venaynsini.

Ex Regest. in Secret. Brev.

URBANUS PAPA VIII.

Ad futuram rei memoriam.

Alias a fel. record. Paulo Papa Quinto Prædecessore nostro emanarunt litterę tenoris subsequenti videlicet: Dilectis filiis Consulibus, ac Comitatu, & hominibus Comitatus nostri Venaynsini intus vero, Paulus Papa V., dilecti filii salutem, & apostolicam benedictionem. Vestra singularis erga Nos: Reliqua vide in Tom.V. Par.III. fol. 196. sub dat. Romę apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 3. Aprilis 1606., Pontificatus nostri Anno I.

Recenset Pauli V. literas.

§.2. Nunc autem Nos electos, ac Universitatem, & Homines hujusmodi specialibus favoribus, & gratis prosequi volentes, ac eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causę latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum præmissorum dumtaxat consequendum, harrum serie absolventes, & absolutos fore censentes, motu proprio, non ad electorum, ac universitatis, & hominum prædictorum, vel alicujus eorum, aut alterius pro eis Nobis super hoc oblatę petitionis instantiam,

Confirmatque.

B b 2 sed

Sequitur mandatum visitandi in Parochialibus Ecclesiis infirmos, eisque elemosynam elargiendi.

URBANUS PAPA OCTAVUS

Venerabilibus Fratribus Archiepiscopo Theatin. necnon Raphaeli Zaccynthien., Octavio Caballiten., Ludovico olim Adriensi., Antonio Casertan., ac Alexandro nuper Hieracen. Episcopis. Venerabiles Fratres salutem, & apostolicam benedictionem.

Exordium & causa.

Cupientes in hac nostra pastoralis Ecclesiarum Almae Urbis Visitatione non solum divini cultus conservationem, & incrementum, quantum in Nobis est, modis omnibus procurare, verum etiam animarum salutem prodesse, & corporales Christi pauperum, praesertim infirmorum indigentias, quantum cum Domino possumus paternam charitate sublevare.

Urbanus mandavit Visitatoribus, ut suo nomine, visitent in singulis Parochiis Ecclesias pauperes infirmos graviter decubantes.

§.1. Cum haec omnia per Nosmetipsos exequi, ob assiduas, quibus detinemur occupationes, nequaquam possumus; Fraternitati vestrae, & vestrum cuilibet per praesentes mandamus, ut conjunctim, vel divisim Parochias Ecclesiarum diligenter perlustrare, ac perquirere studeatis, atque eorum pauperes infirmos graviter decubentes singulos nostro nomine visitetis.

Eisque apost. benedictionem semel impertiantur.

§.2. Apostolicam, & nostram eis benedictionem, ut moris est, semel impertitis, ac paternis confectis, & salutaribus consolationibus recreetis.

Et ad patientiam, ac Ecclesiasticam aera suscipienda hortentur.

§.3. Hortantes ipsos, ut in humilitate, & patientia propter Deum, corporis infirmitatem, & dolores sustineant, & ad parendum divinae voluntati, quodcumque ei placuerit ipsos ex hoc seculo revocare, se pie, & christiane praeparant, sinceroque corde ad Deum conversi, humiliter ab eo suorum peccatorum veniam petant, atque omnia Ecclesiastica Sacramenta, quibus Christiani fideles ex hac vita migraturi, se praemunire solent, & debent, devote, & reverenter suscipiant.

Confessis, ac facta Communionis refectis plen. indulg.

§.4. Nos enim eorum singulis ante, vel post vestram visitationem, ut praemittitur, poenitentibus confessis, & SS. Eucharistia Sacramento refectis semel plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam, & remissionem elargimur.

Ac elemosynas habitas egellatis, & personarum ratione elargitur.

§.5. Volumus autem, ut comitem vobiscum adducatis dilectum filium nostrum, & Palatii Apostolici Elemosynarium, qui prout cujusque eorum egestas, & personarum conditio postulaverit, etiam oblatis nostra impensa charitatis subsidiis, pecuniis, cibis, potu, pharmacis, vestibus, medicorum ope, ceterisque ad victum, seu ad recuperandam valetudinem necessariis temporaliis, quibus nunc urgentur, eorum necessitatibus succurrat.

Dat. die 29. Martii 1624. An. I.

Datum Romae apud S. Petrum sub Anulo Piscatoris, die 29. Martii 1624. Pontificatus nostri Anno I.

Sequitur facultas cognoscendi causas quascumque etiam criminales absque irregularitatis incurso.

URBANUS PAPA VIII.

Venerabilibus Fratribus Ulpiano Archiep. Theatin., Raphaeli Zaccynthien., Octavio Caballiten., Ludovico olim Adriensi., Antonio Casertan., & Alexandro nuper Hieracen. Episcopis. Venerabiles Fratres salutem, & apostolicam benedictionem.

Causa hujus Constituitur.

Quoniam in prosequen. munere Visitationis Ecclesiarum, & piorum locorum hujus Almae Urbis nostrae, ad quod vos nominatim ex Episcoporum ordine delegimus, facile contingere poterit, ut aliqua negotia criminalia pertractanda sint;

Indultum de quo in rubric.

§.1. Nos conscientiarum, ac status vestrorum securitati opportune providere volentes, vobis, & cuilibet vestrum, ut tam conjunctim, quam divisim, durante hujusmodi Visitatione, ac illius occasione dumtaxat, quascumque querelas, accusationes, denuntias contra quasvis personas tam Ecclesiasticas, saeculares, vel regulares, quam laicas cujuscumque status, gradus, dignitatis, & praeminentiae existen. recipere, & audire, causasque exinde, aut alias quomodolibet ex dicta Visitatione, vel illius causa emergentes tam Ecclesiasticas, quam prophanas, & tam civiles, quam criminales, & mixtas, sive ad Procuratoris Fisci, sive ad aliorum quorumcumque instantiam, aut ex officio, audire, cognoscere, quandoque Nobis referre, Nobiscumque communicare, ac juxta mandata nostra, seu alias prout iustitia suaserit, & ordo dicaverit rationis, illas decidere, & terminare, aliasque in illis vos immiscere, ac sine aliquo conscientiae scrupulo, aut censurarum Ecclesiasticarum, vel etiam irregularitatis incurso, etiam si inde sanguinis effusio, membrorumque mutilatio, aut etiam ultimi supplicii poena infligenda venerit, dummodo vos ipsi a sententia sanguinis per vos ipsos ferenda abstineatis, libere, & licite valeatis, licentiam concedimus, & indulgemus;

Ejusque extentio ad omnes tam denuntiantes, vel quomodocumque consilium, aut auxilium, seu favorem praestantes.

§.2. Utque liberius ab omnibus denuntiationes, querelas, & accusationes, ac causas quaecumque ad dictam Visitationem pertinentes deferri possint, omnibus similiter, & singulis personis, tam laicis, quam clericis etiam in sacris, & presbyteratus Ordinibus constitutis, saecularibus, & quorumvis Ordinum, Congregationum, & instituti regularibus, quavis etiam Episcopali, vel majori Ecclesiastica, vel mundana dignitate, vel praeminentia fulgentibus, qui in actu ejusdem visitationis, seu alias illius occasione aliquid, quod ad praedictas causas pertineat, per viam denuntiationis, querelae, vel accusationis, palam, vel occulte, sponte, vel ad aliorum, etiam Procuratoris Fisci instantiam in iudicio, vel extra iudicium revelaverint, aut in praemissis testimonium dixerint, vel aliquid propterea

re scripterint, subscripserint, indieaverint, distulerint, detulerint, interrogaverint, vel interrogati responderint, vel ad reos detegendos, convincendos, capiendos, custodiendos, puniendos, iudicia, votum, consilium, auxilium, vel favorem per se, vel alium directe, vel indirecte praestiterint, sive tanquam Iudices ordinarii, vel delegati, Custodes, Scribae, Testes, Tabelliones, Consultores, Procuratores, Advocati, seu alias se in praemissis quomodocumque immiscuerint, aut quomodolibet ingesserint, nullam propterea poenam, vel censuram Ecclesiasticam, aut irregularitatis notam incurrant, concedimus pariter, & indulgemus.

Contraria remover.

§.3. Non obstantibus generalis Concilii, atque alii constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, ac cujuscumque Ordinis, & Monasterii, atque Ecclesiarum, & aliorum piorum locorum quorumcumque, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Dat. die 29. Martii 1624. An. I.

Datum Romae apud S. Petrum sub anulo Piscatoris, die 29. Martii Pontificatus nostri Anno I.

Sequitur Indultum Visitatoribus exercendi ubique Pontificalia.

URBANUS PAPA VIII.

Venerabilibus Fratribus Ulpiano Archiepiscopo Theatin., necnon Raphaeli Zaccynthien., Octavio Caballiten., Ludovico olim Adriensi., Antonio Casertan., ac Alexandro nuper Hieracen. Episcopis Venerab. Fratres salutem, & apostolicam benedictionem.

Procurium.

Officium nostri est, pastoralia munera, quae divina favente clementia administranda suscepimus, ea prompto alacrique animo prosequi; eos vero, quos in eisdem pastoralibus muneribus prosequendis assumpsimus, & deputavimus, nostrae iustitiae est, opportunis facultatibus adhuc munire, ut illis suffulti incumbentia onera melius subire, & inceptum onus perficere quamprimum valeant.

Causa hujus Constituitur.

Cum itaque occasione visitationis nostrae Apostolicae, quam in universis Almae Urbis, ejusque districtus Ecclesiis, monasteriis, locisque sacris, & piis proximis diebus indiximus, & quam nuper etiam inchoavimus, experientia comprobante cognoverimus, aliquando necesse esse in compluribus ejusdem Urbis, ac illius districtus Ecclesiis Altaria consecrari, campanas, ornamenta, indumentaque ecclesiastica benedici, Sacramenta ministrari, & alia pontificalia munia exerceri;

Qua conceditur Visitatoribus praedictis Indultum exercendi pontificalia in quibuscumque Ecclesiis Patriarchalibus

§.1. Vobis, & vestrum cuilibet, quos in eadem Visitatione operarios, & adjutores delegimus, & deputavimus, plenam per praesentes concedimus facultatem, ut in quibuscumque tam intra eandem Urbem, ac prope, & extra illius muros, quam etiam

intra ejusdem Urbis districtum sitis Ecclesiis etiam Patriarchalibus, necnon Monasteriis, Prioratibus, & domibus secularibus, seu cujuscumque Ordinis mendicantium, Militiae, Congregationis, aut instituti regularibus tam virorum, quam mulierum, atque hospitalibus, oratoriis, sacellis, coemeteriis, locisque piis, aut religiosis tam exemptis, Nobisque, & Apostolica Sedi immediate subiectis, quam etiam non exemptis, & quibusvis etiam S. R. E. Cardinalibus ratione tituli, aut denominationis sui Cardinalatus, aut alias quomodolibet, & ex quavis causa subiectis.

Altaria, & Ecclesias consecrandi, ac paramenta, vasa, & similia benedicendi.

§.2. Altaria, ac ipsamet Ecclesias consecrare, aut illa, vel easdem Ecclesias, aut illis annexas reconciliare, seu etiam coemeteria, campanas, calices, patenas, cruces, indumenta, & ornamenta Ecclesiastica quaecumque, & aquam, ut moris est, benedicere.

Sacramentum Confirmationis ministrandi.

§.3. Sacramentum Confirmationis quod ex ritu in visitatione ministrari consuevit, quibus, ubi, quando, & quoties vobis, seu cuique vestrum expedire videbitur, ministrare.

Missam, & Vesp. Pontificali ritu celebrandi, & cantandi.

§.4. Sacrosanctum quoque Missae sacrificium, necnon Vesperas, & quaecumque alia divina officia solemni, ac pontificali ritu in Ecclesiis, & locis, in quibus vos id ad majorem animarum consolationem, spiritualeque profectum, & ad ipsam etiam, quam intendimus, reformationem inducendam pertinere judicaveritis, celebrare, & decantare.

Necnon concionandi tam publice, quam privatim.

§.5. Verbi Dei praedicationes, & conciones ad Dei amorem, & timorem in cordibus fidelium excitandum, & accendendum publice ad Clerum, & Populum, seu alias privatim prout occasio, & necessitas postulabit, habere.

Et alia omnia munia Pontificalia, quae specialis concessione indigent simpliciter exercendi.

§.6. Alia denique omnia, & quaecumque munia Pontificalia, etiam quae notam, aut expressionem requirerent magis specialem, & sub generali hujusmodi concessione non comprehenduntur, etiam erga personas alioquin habiles, & idoneas exercere, etiam nullo alio a Nobis expectato, aut requisito mandato libere, & licite valeatis.

Contraria tollit.

§.7. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac in Conciliis tam generalibus editis, distarumque Ecclesiarum, Monasteriorum Ordinum, Congregationum, Militiarum, Hospitalium, aut domorum juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis, ceterisque contrariis quibuscumque.

Dat. die 29. Martii 1624. An. I.

Datum Romae apud S. Petrum, sub anulo Piscatoris die 29. Martii 1624., Pontificatus nostri Anno I.

XLII.

Ex Regest. in  
Secret. Breu.  
Archiepiscopus Mediolanensis deputatur  
Administrator perpetuus Seminarii Aſconae  
Comensis Diocesis.

URBANUS PAPA VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Deputatio,  
de qua in Rubrica.  
Cupientes prospere, felicique Semina-  
rii Ecclesiastici Oppidi Aſconae Comensis  
Diocesis in finibus tamen Mediolanen-  
Diocesis existens, regimini, & gubernio,  
quantum cum Domino possumus, consulere,  
de Venerabilium Fratrum nostrorum Sanctae  
Romanae Ecclesiae Cardinalium Sacri Concilii  
Tridentini Interpretum consilio, Venerabilem  
Fratrem modernum, & pro tempore existentem  
Archiepiscopum Mediolanensem disti Seminarium  
Administratorem cum omnibus, & singulis  
facultatibus, jurisdictionibus, auctoritatibus,  
honoribusque, & oneribus similibus  
Administratorem quomodolibet competentem,  
apostolica auctoritate, tenore praesentium,  
concedimus, & deputamus.

Mandatum  
Reſtori, alii-  
que Seminarii  
Ministris de-  
pendente Ar-  
chiepiscopo  
Mediolanensi.  
§.2. Mandantes propterea dilectis filiis  
Reſtori, Praeceptoribus, Alumnis, cate-  
risque Ministris, & personis ejusdem Se-  
minarii, ut eundem modernum, & pro tem-  
pore existentem Archiepiscopum Mediolanen-  
sem in ipsius Seminarii Administratorem,  
juxta tenorem praesentium recipiant, &  
admittant, eumque debitis honore, &  
reverentia prosequantur, ac in omnibus ad  
hujusmodi Administratorem munus spectantem  
prompte pareant, & obediant.

Obstantium  
derogatio.  
Dat. die 12.  
Martii 1624.  
An.I.  
§.3. Non obstantibus Apostolicis, & ceteris  
contrariis quibuscumque.  
Datum Romae apud S. Petrum sub An-  
nulo Piscatoris, die 12. Martii 1624. Pon-  
tificatus nostri Anno I.

XLIII.

Ex Regest. in  
Secret. Breu.  
Facultas Episcopis Hispaniarum compellendi  
Ecclesiasticos seculares, & regulares  
ad testificandum in causis nobilitatis,  
& puritatis sanguinis.

URBANUS PAPA VIII.

Ad futuram rei memoriam.

Cause con-  
cedendae faci-  
tatis, de qua  
in Rubrica.  
CUM, sicut charissimus in Christo filius  
noster Philippus Hispaniarum Rex Catho-  
licus Nobis nuper exponi fecit, ex eo,  
quod personae ecclesiasticae, seculares, &  
regulares Regnorum Hispaniarum vigore  
exemptionum, quibus potiuntur, in causis  
nobilitatis, & puritatis sanguinis eorum  
Ministris, seu Officialibus Conciliorum Or-  
dinum Militarum, testimonium perhibere  
recusant, magna inconvenientia orta  
sunt.

Concessio.  
§.2. Nos praemissis, quantum cum Do-  
mino possumus, obviare volentes, suppli-  
cationibus disti Philippi Regis nomine Nobis  
super hoc humiliter porrectis inclinati, Ve-  
nerabilibus Fratribus Archiepiscopis, Epi-  
scopis, & aliis locorum Ordinariis Regno-  
rum praedictorum, ut quotiescumque pro  
parte Commissariorum, sive Deputatorum  
Ordinum Militarum, quascumque perso-  
nas ecclesiasticas tam seculares, quam cu-  
jusvis Ordinis, & Instituti regulares, etiam  
exemptas non tamen Moniales ad testifican-  
dum coram se in causis hujusmodi juxta sa-  
crorum Canonum decreta cogere, & com-  
pellere, absque eo, quod ipsa persona ali-  
quam propterea notam, aut censuras, &  
poenas ecclesiasticas incurrant, possint, &  
debeant, licentiam, & facultatem, apo-  
stolica auctoritate, tenore praesentium, con-  
cedimus, & impertimus.

Derogatio  
contractionum.  
§.3. Non obstantibus Apostolicis, ac  
in universalibus, provincialibusque, & syn-  
nodalibus Conciliis editis generalibus, vel  
specialibus Constitutionibus, & Ordinationi-  
bus, nec non Ordinum, quorum personae  
regulares praesuerint, etiam juramento, con-  
firmatione apostolica, vel quavis firmitate  
alia roboratis statutis, & consuetudinibus,  
ceterisque contrariis quibuscumque.

Dat. die 23.  
Martii 1624.  
An.I.  
Datum Romae apud S. Petrum sub An-  
nulo Piscatoris, die 23. Martii 1624. Pon-  
tificatus nostri Anno I.

XLIII.

Indictio Visitationis omnium Ecclesiarum,  
Monasteriorum, & Locorum Piorum,  
Almae Urbis; necnon Orationis Quadra-  
ginta Horarum cum Indulgentiarum  
elargitione pro recta dista Visitationis  
directione.

URBANUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

Dilectis filiis universo Clero, & Populo  
Romano salutem, & apostolicam  
benedictionem.

Precium,  
& causa hujus  
Constitut.  
Militantem Ecclesiam, quae, vel coe-  
lestis ejus sponsi commendata praeco-  
nio progreditur, quasi aurora confurgens,  
in evangelicae perfectionis via subsistere,  
non decet, sed novis semper gratiae fulgo-  
ribus illustratam ad uberiorem, veluti vir-  
tutum lucem, ac sanctitatis decorem aequum  
est properare. Hac in re Nobis cogitatio-  
nem desipientibus, anticipaverunt vigilias  
oculi nostri, ac ut ecclesiastica res majora  
in dies ubique suscipiat incrementa, tanto  
magis ad Nos pertinere intelligimus, quan-  
to in hoc rerum vertice constituti, apertius  
agnoscimus, imperperutabili Omnipotentis  
Dei providentia Nos fuisse acceptos pa-  
scere Jacob servum suum, & Israel heredi-  
tatem suam. Quoniam vero nulla ratione  
fieri potest, ut in agro Domini christianae  
vir-

virtutes feliciter ferantur, nisi spinae, quae  
suffocant sementem patrisfamilias, inde-  
prius evellantur; Nos ut id facilius affe-  
quamur, eundem agrum, & vineam, quam  
plantavit dextera ejus, diligenter repurga-  
re, nihilque eorum praetermittere decrevi-  
mus, quae corruptis moribus corrigendis,  
sanctisque operibus, quae vel temporis in-  
juria, vel humanae naturae imbecillitate in  
defuetudinem abierunt, restituendis op-  
portuna esse arbitramur. Licet autem chris-  
tiana respublica multiplici malorum gene-  
re vexetur, omnibusque ejus partibus, quod  
maxime deplorandum est, medicina opus  
esse intelligamus, eam tamen Almae Urbis  
nostrae non uno nomine praecipue duximus  
adhibendam: quandoquidem haec est Civi-  
tas supra montem posita, quae totius Orbis  
patet obtutui: haec eadem pietatis exem-  
plum cunctis ad imitandum propositum,  
primaque catholicae religionis Sedes tantis  
divinae munificientiae honorum praerogativis  
decorata, ut vere de ea dicatur: *Diligite Do-  
minus portas Sion super omnia tabernacula  
Jacob.*

Indicit Pon-  
tificem Visita-  
tionem Eccl.  
& piorum lo-  
corum Urbis,  
eisque sex  
Episcopis com-  
mittit.  
§.1. Cum igitur haec ita se habeant pro-  
nostro pastoralis munere peculiarem hunc  
agrum, & gregem nostrum recognoscere,  
& Romanae Urbis omnes tam Patriarchales,  
quam Collegiatas, earumque Capitula, nec-  
non Parochiales, ceteraque alias Ecclesias,  
& personas: Item Monasteria, Conventus,  
& Ecclesias quorumvis Ordinum regulares,  
tam virorum, quam mulierum, Hospita-  
lia, Collegia, Confraternitates laicorum,  
Montem Pietatis, & omnia, quocumque  
nomine censentur, loca pia, per infraſcri-  
ptos Archiepiscopum, & Episcopos visita-  
re statuimus. Quod quidem saluberrimum  
opus, etsi per Nos ipsos inchoare, prosequi,  
& perficere vehementer optamus, nihilomi-  
nus, dum ad alia quamplurima, eaque  
gravissima negotia, quorum mole assidue  
premmur, cogitationem convertimus, aliis  
eam provinciam cogimur demandare. Qua  
propter Venerabilibus Fratribus Ulpiano  
Archiepiscopo Theatin., necnon Raphaeli  
Zacynthien., Octavio Caballien., Ludo-  
vico olim Adrieno, Antonio Casertano, ac  
Alexandro nuper Hieraceno, Episcopis, de  
quorum pietate, & ecclesiasticarum rerum  
peritia a Nobis ipsi multa possumus polli-  
ceri, ad hoc munus obeundum maturo con-  
silio delectis, ad laudem, & gloriam Om-  
nipotentis Dei, Sanctae Romanae Ecclesiae  
exaltationem, visitationem hujusmodi com-  
mittimus, illamque vobis omnibus iudici-  
mus, quam in proxima futura Dominica in  
Albis in Sacrosancta primaria Lateranen-  
Ecclesia iisdem Archiepiscopus, & Episcopi  
inchoabunt, ac statutis diebus Deo juvante  
prosequantur.

Horrorat om-  
nes ut corri-  
gendo pravos  
mores vita  
propterea eam-  
dem visitatio-  
nem praevocant.  
§.2. Ut autem nostram visitationem ea  
spiritualia commoda, quae Nos divini cul-  
tus amplificationi, & propagationi, nec-  
non animarum saluti paterna charitate stu-  
dentes, & cupimus, & speramus, felici-  
ter consequantur: Omnes per viscera mi-  
sericordiae Dei nostri, qui visitavit nos

oriens ex alto, & hortamur, & monemus,  
ut memores vocationis suae, opportuna vi-  
tae, & morum emendatione eandem visi-  
tationem praevenerint. Quod quidem eos fa-  
cile, & libenter praestituros confidimus, si  
memoria repetierint, se in ea Urbe Cleri-  
calis officii munera obire, quam in monti-  
bus sanctis fundatam, ac sanctissimorum  
Martyrum sanguine resperſam, & irriga-  
tam, non nisi uberimos pietatis, & reli-  
gionis fructus ad totius christiani orbis ad-  
ificationem beata fecunditate proferre  
debet.

Juber An Ec-  
clesias eliga-  
per Vicarium  
orationem 40  
horarum ce-  
lebrari adim-  
plorandi au-  
xilium pro ho-  
na directione  
& Visitat.  
§.3. Quoniam autem non sumus suffi-  
cientes cogitare aliquid ex Nobis, quasi ex  
Nobis, sed sufficientia nostra ex Deo est, ac  
nisi Dominus aedificaverit Domum, in va-  
num laboraverunt, qui aedificant eam; Nos  
infirmitatem nostram humiliter agnoscentes,  
ad celestem opem implorandam, vo-  
lumus, ut sexta Feria eandem Dominicam  
antecedente, in nonnullis Ecclesiis Urbis  
Patriarchalibus, Collegiatis, & aliis praeci-  
pue per dilectum filium nostrum in eadem  
Vicarium in spiritualibus generalibus  
praescribendis, SS. Eucharistiae Sacramen-  
tum solemniter in Altari proponatur, ac  
Quadraginta Horarum oratio de more ce-  
lebretrur.

Horrorat om-  
nes ad effica-  
citer orandū.  
§.4. Quae, ut solitudinem nostram  
magis sublevet, ac laborem illorum, qui  
hac in re vicariam Nobis operam praestitu-  
ri sunt, efficacius adjuvet: universos Christi-  
fideles in hac Alma Urbe commorantes  
hortamur, ut Deo, qui cor contritum, &  
humiliatum non despicit, dignis peniten-  
tiae fructibus placere studeant.

Visitantibus  
d. Ecclesias,  
confessis, &  
sacrae omni-  
um reſectis,  
Indulg. plen-  
elargiunt.  
§.5. Quod quidem, ut libentius, &  
salutarius fiat, omnibus, & singulis urio-  
que sexus Christianis Romae degenti-  
bus, qui visitatis Ecclesiis hujusmodi, seu  
eorum aliqua eodem ipso proximo Domi-  
nico die post diligentem peccatorum suo-  
rum confessionem, Sacram Eucharistiam  
sumperint, & ut haec nostra visitatio ad  
Dei gloriam, & animarum salutem felici-  
ter eveniat, pie in quavis Ecclesia orave-  
rint, plenariam omnium peccatorum suo-  
rum indulgentiam concedimus, & elargi-  
mur.

Univerſos hor-  
tatur, ut fr-  
venter Deo  
infervant.  
§.6. Omnes igitur simul dilecti filii, si-  
ve ex Clero, sive ex Populo veterem homi-  
nem exuentes, in novitate spiritus ambule-  
mus, solitudine non pigri, spiritu ferven-  
tes, Domino in toto corde serviamus. ut  
ejus misericordiam copiosam, cum ad hoc  
sanctae visitationis opus tum ad ceteras ne-  
cessitates nostras, fratrumque nostrorum bo-  
nis operibus, & sedulo pietatis cultu impe-  
tremus.

Dat. die 17  
Martii 1624.  
An.I.  
Datum Romae apud Sanctum Petrum  
Anno Incarnationis Dominicae millesimo  
sexcentesimo vigesimoquarto, sexto Ka-  
lendas Aprilis, Pontificatus nostri Anno  
Primo.

Sequi-



Sequitur aliarum Facultatum concessio.

URBANUS PAPA OCTAVUS

Ven. Fratibus Ulpiano Archiepiscopo Theatino, necnon Raphaeli Zacynthien., Octavio Caballicen., Ludovico olim Adrien., Antonio Casertan. & Alexandro nuper Hieracen. Episcopis. Venerabiles Fratres salutem, & apostolicam benedictionem.

Exordium.

Cum in pastoralis visitatione, quam nuper vobis mandavimus, quamque Deo adjuvante prosequen. intendimus, Cleri nimirum Romani, & omnium Almae Urbis Ecclesiarum, & piorum, ac religiosorum locorum, vos potissimum ex Episcoporum ordine delegerimus, & Nobis in eo munere operarios, & adjuvatores assumpserimus; Nos, ut vestrum ea in re ministerium plus habeat auctoritatis, & firmitatis, uberemque ad cultus divini propagationem, & animarum salutem, Deique gloriam pariat fructum, providere volentes:

Subet obtemperari eorum mandatis tamquam a Pont. vivae vocis oraculo, vel alias datis.

§.1. Vobis, & vestrum cuilibet in solidum circa visitationem ipsam, eaque durante, mandata quaecumque etiam vivae vocis oraculo per vos a Nobis accepta, illis, ad quos ea res pertinet, referendi, & oretenus per Nos ordinata mandandi, quibus relationi, ac mandatis vestris, & cuilibet vestrum de ordine nostro factis huiusmodi plenam, & indubiam fidem ab omnibus adhiberi, atque firmiter obtemperari, tamquam mandatis nostris apostolicis volumus, & iubemus.

Et exequi ea, quae mandaverunt pro dicta visitationis preparatione, statu, progressu, & executione.

§.2. Mandata quoque, & praecpta quaecumque necessaria, & opportuna illis in rebus, quae visitationis huiusmodi preparationem, statum, progressum, & executionem concernunt, deferendi, faciendi, eaque exequi iubendi.

Da ipsa facultatem vocandi ad ea quaecumque personae tam Ecclesiasticae, quam laicales.

§.3. Personas quascumque tam Ecclesiasticas seculares, quam cuiusvis Ordinis regulares, necnon etiam laicas pro rebus, & negotiis ad visitationem huiusmodi pertinentibus, ad vos vocandi, & ad personam liter coram vobis comparandum citandi, opportunisque juris, & facti remediis compellendi.

Easque examinandis, & recusantes id facere compellendi.

§.4. Similes item personas quascumque, & tanquam principales, & tanquam testes, seu tanquam principales quoad se, & tanquam testes quoad alios examinandi, & ut veritati testimonium perhibeant admonendi, & etiam cogendi, iuramenta eis deferendi, & ab eis exigendi, & recipiendi ad factorum Canonum praescriptum, ac recusantes per censuras ecclesiasticas, aliasque poenas etiam temporales vobis benevolitas compellendi.

Memorabilia, querelas, & similia recipiendi, ac super eis providendi.

§.5. Memorabilia etiam Nobis inscripta, & directa, atque instructiones, relationes, delationes, querelas etiam secretas contra quascumque personas accipiendi, & Nobis referendi, seu alias, prout rerum, & personarum qualitas requiret, iuxta ordinationes nostras, & ex auctoritate vobis tradita providendi.

§.6. Congregationes aliquarum personarum, quae vobis in consilium super praemissis adhibenda videbuntur, faciendi, & illas easdem personas auctoritate nostra vocandi, & cum eis de negotiis visitationis huiusmodi tractandi, consulendi, & deliberandi.

Archivia, libros, ac similia &c., & quae opportuna iudicabuntur ordinandi.

§.7. Commissarium, sive fiscalem visitationis unum, sive plures eligent, & deputant, electum, sive electos cassandi arbitrio vestro, toties, quoties vobis videbitur, removen., & alium, seu alios loco cassati, & amoti subrogant.

§.8. Quotiescumque vobis etiam videbitur, & etiam seorsum a vobis, & iteratis vicibus quarumvis d. Urbis, seu extra illam, intra tamen illius districtum consistentium Patriarchalium, Collegiarum, Parochialium, seu aliarum Ecclesiarum etiam cuiusvis, etiam S. R. E. Card. ratione tituli, aut denominationis, seu Cardinalatus, aut alias quomodolibet, vel ex quavis causa subjectarum, seu cuiusvis Cappella, vel Oratorii, necnon Monasteriorum, tam virorum, quam mulierum, prioratum, domorum, & locorum secularium, seu cuiuslibet Ordinis etiam Mendicantium, Congregationis, Militiae, aut instituti regularium, aut Hospitalium etiam exemptorum, Nobisque, & Apostolicae Sedi immediate subjectorum, eorumque Capitulorum, Conventuum, Universitatum, Collegiorum, Confraternitatum, Archiconfraternitatum, etiam laicorum, etiam nullo alio speciali nostro expectato ordine, vel mandato, aut etiam requisito consensu, vel licentia, & illa, & qualibet illorum visitandi, ac in illorum statum, formam, regulas, instituta, regimen, statuta, consuetudines, vitamque, ritus, mores, disciplinam, doctrinam, & idoneitatem singularum personarum conjunctim, vel divisim, & tam in capite, quam in membris, necnon circa divinum cultum, religiosam functionem, Ecclesiarum decorem, fructuum, & introituum dispositionem, regularem religiosorum tam virorum, quam mulierum observantiam, aliasque omnia, & singula ad actum huiusmodi visitationis quomodocumque spectantia diligenter inquirendi, & ad hunc effectum quaecumque illorum archivia, bibliothecas, librorum, quaeque in illis continentur documenta, & instrumenta authentica, scripturas, libros rationum dati, & accepti, computa, & ratiocinia perlustrandi, praesertim vero sacras Reliquias, & quibus ipsae sacrae Reliquiae, necnon Sanctum Eucharistiae sacramentum, & res ad alia Ecclesiastica Sacramenta pertinentes continentur, sacra vasa, thecas, tabernacula, necnon indumenta, ornamenta, & instrumenta, utensilia, & supellectilem Ecclesiasticam, & pretiosam diligenter inspiciendi, & ad praedicta exhibenda quascumque personas cogendi, compellendi, ac in praemissis omnibus, & singulis quacumque correctione, emendatione, reformatione indigere cognoveritis, corrigendi, emendandi, reformandi, processusque necessarios

Deputatio Secretarii.

URBANUS PAPA VIII.

Venerabili Fratri Octavio Caballicen. Venerabilis Frater salutem, & apostolicam benedictionem.

Exordium.

Ererum, quae Nobis cordi sunt, & quibus universa, quam meditatur, Reformationis pars non ultima continetur, curam fides, & diligentibus viris libenter committimus.

Episcopus Caballicen. inter Visitatores designatur.

§.1. De tua itaque singulari, & Nobis jam pridem perspecta fide, & diligentia plurimum in Domino confidentes Visitacionis nostrae Apostolicae, quam in omnibus Almae Urbis, ejusque districtus Ecclesiis, Monasteriis, locisque sacris, & piis secularibus, & regularibus, universoque Clero, & Populo Romano indiximus, ac Ven. Fratribus Ulpiano Archiepiscopo Theatino, nec non Raphaeli Zacynthien., Octavio Caballicen., Ludovico olim Adrien., Antonio Casertan., & Alexandro nuper Hieracen. Episcopis una tecum commisimus, & demandavimus.

Ejusdem Visitacionis Secretarium deputat.

§.2. Te & Secretarium duximus delegendum, prout etiam per praesentes munus huiusmodi cum omnibus, & singulis facultatibus, & auctoritatibus, praerogativis, privilegiis, & juribus, quae tale officium obtinenti, & exercenti quomodolibet competere possunt, & debent, Motu proprio tibi committimus, & demandamus: teque etiam Secretarium Visitacionis praedictae creamus, constituimus, & deputamus.

Cum facultate exercendi omnia que ad munus quomodolibet spectare possunt.

§.3. Dantes tibi plenam, & liberam facultatem ejusdem Visitacionis decreta, statuta, ordinationes, mandata, praecpta, inhibitiones, informationes, relationes, ordinem, & seriem ordinandi, describendi, & in libellos, seu commentarios, sive etiam in publica, & authentica documenta, & instrumenta redigendi, caeteraque omnia, & quaecumque ad idem munus spectantia gerendi, & exercendi, etiam si notam, & expressionem requirerent magis specialem, & sub generali commissione huiusmodi non venirent.

§.4. Nos enim volumus iis, quae a te de rebus in visitatione gestis, & ordinatis fient, & emanabunt documentis, & scripturis tua manu, ac signo munitis plenam, atque indubitam fidem nunc, & perpetuis futuris temporibus, tam in iudicio, quam extra illud omnino haberi, neque ad id probationis alterius adminiculum requiri.

Mandata ordinationibus, seu decretis, &c. d. Secretarii, & signo muneris omnino fidem dari tam in iudicio, quam extra.

§.5. Tu igitur in delato tibi munere ita te gere, ut fidem, & diligentiam nunquam a te desiderasse lateatur.

Hortatur, ut bene se gerat in isto munere.

Datum Romae apud S. Petrum sub annulo Piscatoris, die 30. Martii 1624. Pontificatus nostri Anno I.

Dat. die 30. Martii 1624. An. I.

Contradictores quoque, & rebelles compescendi.

§.9. Contradictoresque, & vobis in praemissis inobedientes, & rebelles, eisque auxilium, consilium, vel favorem publice vel occulte, directe, vel indirecte quomodolibet praestantes, per suspensionis, ac etiam privationis beneficiorum, & officiorum Ecclesiasticorum, ac censuras, & poenas Ecclesiasticas, & temporales etiam mancipationis carceris, aliaque opportuna juris, & facti remedia, appellatione postposita, compescendi: auxiliumque brachii secularis, si opus fuerit, invocandi, plenam, liberam, amplam, & universam tribuimus potestatem.

Mandar. obedientiam d. Visitatoribus praerari.

§.10. Mandantes propterea omnibus, & singulis, ad quos spectat, & spectabit, quaecumque dignitate, auctoritate, potestate, & praerogativa fulgentibus, ut vobis, & cuilibet vestrum in praemissis omnibus, & singulis prompte parent, & obediant, alioquin sententias, seu poenas, quas rite tuleritis, seu statueritis in rebelles, ratas habebimus, & faciemus auctore Domino usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari.

Contraria tollit.

§.11. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, atque Ecclesiarum Monasteriorum, Hospitalium, Ordinum, Congregationum, Militiarum, Confraternitatum, & aliorum piorum locorum huiusmodi, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, privilegiis quoque, indultis, exemptionibus, & Literis Apostolicis illis, & cuiusvis illorum, ac superioribus, & personis eorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis; quibus omnibus, quibuscumque sint concepta verborum formis, & tenoribus, quos praesentibus pro expressis haberi volumus, specialiter, & expresse, ac latissime ad effectum praesentium derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque.

Dat. die 30. Martii 1624. An. I.

Datum Romae apud S. Petrum sub annulo Piscatoris, die 30. Martii 1624. Pontificatus nostri Anno I.

Sequitur facultas Visitatoribus avocandi ad se quascumque causas occasione d. Visitationis in aliis Tribunalibus, & coram aliis Judicibus antea ceptas, vel instruktas, ac in statu, in quo reperiuntur.

URBANUS PAPA OCTAVUS

Venerab. Fratribus Vlpiano Archiepiscopo Theatin., necnon Raphaeli Zaccynthien., Othavio Caballien., Ludovico olim Adrieni., Antonio Casertan., & Alexandro nuper Hieracen. Episcopis. Ven. Fratres salutem, & apostolicam benedictionem.

Causa hujus Consultu.

UT in prosequendo visitationis Ecclesiarum, & piorum locorum hujus Almae Urbis nostrae munere, ad quod vos nominatim ex Episcoporum ordine delegimus, causae occurrentes omni, qua fieri potest, celeritate, justitia mediante terminentur, quantum cum Domino possumus, providere volentes.

Facultas Visitat. avocandi ad se quascumque causas occasione d. Visitat. coram quibusvis Judicibus pendentes, casusque manus regia, & prout juris fuerit terminandi.

§.1. Motu proprio, & ex certa scientia nostra, vobis, ut ultra alias facultates per diversas nostras in simili forma Brevis expeditas literas vobis attributas, omnes, & singulas causas occasione Visitationis hujusmodi, coram quibusvis Judicibus, tam ordinariis, quam delegatis pendentes, & etiam instruktas, in statu, & terminis, in quibus reperiuntur, cum omnibus, & singulis earum incidentibus, dependentibus, emergentibus, annexis, & connexis, totoque negotio principali ad vos, auctoritate nostra, avocare, illasque summarie, simpliciter, & de plano sine strepitu, & figura iudicii, sola facti veritate inspecta, & manu regia audire, cognoscere, & sine debito, prout juris fuerit, terminare.

Necnon in Ecclesiis, in quibus Missarum oneribus ad Altare privilegiatum satisfieri una die non potest, onera, seu ipsorum partem ad aliud, vel alia Altaria privilegiata, & non privilegiata transferendi, & commutandi, & alia providendi.

§.2. Praeterea ubi contigerit, alicui Altari, etiam pro defunctis, privilegiato, seu Cappella tam magnum Missarum celebrandarum numerum ex variis defunctorum legatis impositum esse, ut singulis diebus praescriptis nequeat illis satis fieri, quicquid magis ad Dei honorem, Ecclesiarum utilitatem, salutemque animarum eorum, qui legata pia reliquerunt, etiam per translationem partis Missarum hujusmodi ad aliud altare, seu Altaria, etiam non privilegiata videritis expedire, re tamen diligenter perspecta, statuere, & ordinare, ut in eis commodius, ac plenius pia defunctorum voluntati satisfiat, transferre; ceteraque omnia, & singula in praemissis, & circa ea necessaria, seu quomodolibet opportuna, etiam si talia sint, vel fuerint, qua magis specialem, specificam, & expressam requirerent mentionem, facere, dicere, gerere, & exequi libere, & licite possitis, & valeatis, apostolica auctoritate, tenore praesentium, plenam, & amplam facultatem concedimus, & impertimur.

Derogatio contrariis

§.3. Non obstantibus quibusvis Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrariis quibuscumque.

Dat. die 21. Julii 1624. An.I.

Datum Romae apud S. Mariam Majoris sub annulo Piscatoris die 11. Julii 1624. Pontificatus nostri Anno I.

Hispaniarum Rex, ejusque Ministri a Censuris absolvuntur, in quas incurrerant, ob exactum quoddam vestigial ab Ecclesiasticis in Oppido Matrili, absque Sedis Apostolicae licentia.

Ex Regest. in Secret. brev.

Charissimo in Christo filio nostro Philippo Hispaniarum Regi Catholico.

URBANUS PAPA OCTAVUS

Charissime in Christo fili noster salutem, & apostolicam benedictionem.

Singulari, atque eximia Majestatis tuae in Nos, & Apostolicam Sedem fidei, & devotionis merita promerentur, ut votis tuis, quantum cum Domino possumus, favorabiliter annuemus.

Exordium.

§.1. Cum itaque, sicut Majestatis tuae nomine Nobis nuper expositum fuit, pro fabrica Palatii Charissimae in Christo filiae Nostrae Isabella Hispaniarum Reginae Catholicae conjugis tuae, certa quadam gabella in Oppido Matrili Toletan. Diocesis super rebus comestibilibus, seu victualibus, per Ministros, seu Officiales tuos imposita a personis Ecclesiasticis exacta fuerit, contra sacrorum canonum, & generalium Conciliorum, necnon Bullae in Die Coena Domini legi, ac publicari consuetae dispositionem.

Regii Ministri vestigial quoddam ab Ecclesiasticis quoque exegerant in Oppido Matrili.

§.2. Nos Majestatis tuae, ac Ministrorum tuorum praedictorum conscientiae securitati consulere, teque, ac illos specialibus favoribus, & gratis prosequi volentes, applicationibus Majestatis tuae nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, Te ac Ministros tuos praedictos a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis per te, & Ministros tuos praemissorum occasione quomodolibet incurris, dummodo tamen a similibus in posterum committendis omnino abstinere, apostolica auctoritate, tenore praesentium, absolvimus, & liberamus, dictaque poenas, ac pecunias ad quamcumque summam, ascendentes extra gabellam per eosdem Ministros, seu Officiales tuos ab Ecclesiasticis, ut praesertur, exactas, tibi, & illis gratiose remittimus, & condonamus.

Eos a censuris, in quas hac de causa incurrerant, absolvit Pontifex.

§.3. Non obstantibus apostolicis, ac in universalibus, Provincialibusque, & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & Ordinationibus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Contraria tollit.

§.4. Volumus autem, ut poenitentiam, quam confessarius idoneus tibi, & Ministris tuis praedictis propter praemissa duxerit injungendam adimplere omnino teneamini, alioquin praesentes nulla sint.

Poenitentiam vero a Confessario ipsis injungendam per eos adimpleri jubet.

Datum Romae apud Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris die 29. Martii 1624. Pontificatus nostri Anno I.

Dat. die 29. Martii 1624. An.I.

Con-

Confirmatio Privilegiorum, exemptionum, & aliarum gratiarum Hospitali S. Joannis Hierosolymitani concessorum.

URBANUS PAPA VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Proemium.

UNIVERSALIS Ecclesiae regimini per ineffabilem divinae sapientiae providentiam, meritis licet insufficientibus, praepositi, inter multiplices pastoralis officii curas illam peculiari sollicitudine libenter amplectimur, qua privilegia, gratiae, & indulta Militibus, & Hospitalibus quibuslibet ad majorem Dei gloriam, suaeque Ecclesiae sanctae exaltationem, illius vero hostium profligationem pie, provideque instruktis, a Rom. Pont. Praedecessoribus nostris concessa, quo majoris validitatis munimine subsistant, Apostolica confirmationis patrocinio muniantur, prout rerum, temporisque qualitatibus debite pensatis, conspicimus in Domino salubriter expedire.

Leo X. & alii Pont. multa privilegia concesserunt Hospitali, & ejus personis, ac inter alia exegerant a solutione decimarum, & aliorum onerum.

§.1. Cum itaque, sicut accepimus, alias fel. record. Leo X. Clemens VII. Paulus III. Pius IV., & Pius V. Romani Pontifices Praedecessores nostri inter alia privilegia, & indulta dilectis filiis Magno Magistro, ac Conventui Hospitalis S. Joannis Hierosolymitani a Sede Apostolica concessa, eundem, & pro tempore existentem Magnum Magistrum, Bajulivos, Castellanos Empostae, Priores, Praeceptores, Milites, familiares, aliasque personas Hospitalis hujusmodi, necnon etiam subditos, vassallos, colonos, & servitores, & alios in eorum obsequiis, & dicti Hospitalis beneficiis quomodolibet nuncupatis existent. etiam presbyteros curam animarum exercentes, quandiu illam exercent, & in illorum obsequiis forent, illorumque animalia, praedia, domos, molendina, & bona quaecumque, quae obtinebant, ac in posterum obtinerent, & possiderent, a solutione, & exactione decimarum, censuum, jurium etiam synodali, & canonicarum portionum, seu charitativi subsidii, aut jucundi adventus, seu quartae, aut alias quomodolibet, aut aliorum quorumcumque onerum sub certis modo, & forma exemerint, & liberaverint, prout in diversis ipsorum praedecessorum desuper concessis literis plenius continetur.

Et quia Ordinarii locorum & aliae personae eos molestant, Gregor. XIII., & alii Pont. dicta privilegia approbarunt, ac perturbari, districtius prohibuerunt.

§.2. Et licet ipsi Milites, & aliae personae praedictae non debuissent a quoquam contra dictorum privilegiorum tenorem, & formam molestari, perturbari, vel inquietari, cum ipsi non modo eorum facultatibus, & fortunis, verum etiam sanguini, & vite pro tuitione Fidei Catholicae non parcant; Nihilominus cum diversi locorum Ordinarii, ac Parochiales Ecclesiarum Rectores, & multae Capitulares personae id sibi omnino juxta Sacri Concilii Tridentini decreta licere, asserentes, eosdem Magnum Magistrum, Bajulivos, Castellanos Empostae, Priores, Praeceptores, Milites, & personas,

diversis oneribus contra eorum privilegia praegravarent, illosque ad decimas, census, subsidia etiam charitativa, congruas portiones, jucundum adventum, Pastor bonus, aut alias nuncupata onera, & etiam jura synodalia cogere praesumerent in maximum ipsius Hospitalis detrimentum, & gravamen fel. rec. Gregor. XIII., Sixtus V., Greg. XIV. similiter Praedecessores nostri ex certa scientia, & Apostolica potestatis plenitudine omnia, & singula privilegia, indulta, facultates, exemptiones, immunitates, libertates, & alias gratias eisdem Magno Magistro, & Conventui, quomodolibet concessa confirmantes, approbantes, & innovantes, eos super praemissis quomodolibet molestari, inquietari, ac perturbari districtius prohibuerunt.

Pius IV. concessit eidem Conventui univ. & dist. beneficia facultatem.

§.3. Et praeterea cum inter alia fel. record. Pius Papa IV. Praedecessor noster eisdem Magno Magistro, & Conventui inter cetera privilegia Prioratus, Bajulivatus, Castellaniam Empostae, Commendas, & alia ejusdem Hospitalis beneficia libere univ. & dist. membrandi, facultatem concessisset.

Quam alii Pontifices confirmarunt.

§.4. Et nihilominus a quibusdam quandoque dubitaretur, an ante, vel post mortem possessorum unio, seu dismembratio ipsa fieri posset, ac deberet; idem Gregorius Praedecessor ad tollendum omne dubium, & ambiguitatem, qua in praemissis in futurum oriri poterant, ut quando cumque eis videretur, sive ante, sive post mortem possessorum, Prioratus, Bajulivatus, Castellaniam Empostae, & alia ejusdem Ordinis beneficia unire, & dismembrare, libere, & licite possent, & valerent; Necnon omnia, & singula privilegia, & exemptiones praedictas etiam ad Confratres, & Donatos ejusdem Hospitalis extendi debere, decrevit, & declaravit; Ac decretum, & declarationem hujusmodi, aliaque praemissa fel. record. Clem. VIII., Paul. V., Gregor. XV. Rom. Pont. similiter Praedecessor noster approbarunt, & confirmarunt, prout in eorumdem Praedecessor. literis plenius continetur.

Nunc Pont. privilegia, gratias, exemptiones, immunitates per alios Pontif. M. Magistros, & Conventui concessas approbat, & confirmat.

§.5. Nos itaque attendentes praecleara ejusdem Hospitalis erga fidem catholicam, & Sedem Apostolicam promerita, ac cupientes, ut ipsa privilegia, exemptiones, & gratiae eo firmiter subsistant, quae saepius ab eadem Sede confirmata extiterint, Magnum Magistrum, Priores, Bajulivos, Castellanos Empostae, Praeceptores, Milites, & Fratres, & eorum singulos, singulaeque dicti Hospitalis personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutos fore censentes, necnon omnium, & singulorum privilegiorum, indultorum, facultatum, exemptionum, immunitatum, libertatum, & gratiarum per praedictos, & alios quoscumque.